



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 57. Congregationes frequenter habitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæcul. XVI. rus summopere scientia sua inflatus, quæ
A C. 1546. quamvis sat mediocris esset, pro ratione
Boffet. hist. tamen illius ævi is credebatur in ea ex-
var. t. I. l. I. cellens, imo pro propria ejus salute ac
art. 32. p. 42. Ecclesiæ tranquillitate optandum fu-
 set, ut minus se sapere putasset; quippe supra omnes homines non modo, qui
 sua ætate floruerunt, sed etiam supra
 cunctos retroactis temporibus longe ce-
 leberrimos insulse sese extollebat. E-
 quidem opportunus hic foret locus, ut
 Catalogus librorum, quos Lutherus
 circa varia argumenta scripserat, huc
 adduceretur; verum hac de re in ipso
 Historiæ nostræ progressu sæpius men-
 tionem fecimus.

§. LVII.

Congregationes frequenter habita-

Pallav. 1. c. Interea Tridenti frequentes habebantur
c. II. n. I. &c. Patrum confessus, in quorum uno die
 decima octava Februarii celebrato rur-
 sus mentio siebat de titulo Decretis præ-
 figendo: verum hanc in rem præter ea,
 quæ sæpius jamjam fuerunt recocta, ni-
 hil amplius proferebatur. Hinc Mont-
 tanus Cardinalis Legatus ad alium ar-
 ticulum transiens agebat de supprimen-
 do Decreto, quo sanctum, ut fidei
 dogmata, ac disciplinæ reformatio jun-
 ctim pertractarentur: Igitur hoc de ar-
 gumento ita perorabat: *Nihil detrimenti*
passa

Sæc. XVI.
A.C. 1546.

passa mihi videtur Synodus, si verbo tacuis-
set, quod re perfecit: Decretum illud sub
ea forma, sub qua vulgandum fuisset, exile
ac jejunum semper existimabam, nec honori-
ficum primæ tanti Concilii sanctioni solem-
ni: quidnam enim aliud in eo dicitur, nisi
quidquid summatum indicium fuerat per Pon-
tificium Diploma, quo celebrandæ Synodi
causæ, nimirum hæresum extirratio ac di-
sciplinæ restitutio exponuntur? Mihi qui-
dem fuit consilium illam ampliandi, atque
in proximo Decreto hosce duos articulos sub-
jungendi, facta tamen denuntiatione Episco-
pis absentibus, ut eo se conferrent, suamque
causam dicerent, aliasque res usui futuras
cum majori gravitate disponerent: sed a
consilio facile me dimoveri patiar summo-
rum Virorum auctoritate aliter sentientium.

Verum ad hæc Didacus Alaba Astu-
riensis Episcopus, vir ingenio acer, ac
libertatis studiosus Legatum interpellav-
it, hæcque subjecit: Non decertandi,
sed addiscendi studio a te supplex peto, ut
exponeres, qua auctoritate habuisses in ani-
mo, ut jam dixeras, Decretum consensu Pa-
trum confirmatum immutare? Ego quidem
interfui cum potestate judicandi variis Hispa-
niæ tribunalibus, quibus Cæsaris Confiliarii
præerant, nec unquam novi ab ullo Præsi-
dum sibi auctoritatem arrogatam immutan-
dæ universi confessus sanctionis. Tum Le-

Gg 4

ga-

Sæc. XVI.
A.C. 1546.

gatus Cardinalis funestum quid ex hac
Episcopi libertate veritus, hunc in mo-
dum respondit: *Cum tam humaniter id a
te ex me quæratur, libenter tibi facturus sum
satis: Mihi videlicet fuit in animo id agere,
quod non solum Legato, sed cuilibet etiam
Episcoporum liceret; id autem est, antequam
Decretum promulgaretur, illius mutationem
proponere, rei arbitrio Patrum suffragii
relicto. Quod autem spectat ad autorita-
tem, quam ibi Legati, ceterique Präside
obtinent, haud mihi ratio suppedit, pr
quam tibi tam cursim satisfacerem, cum so
tam late pateat, ut nequiret in pauca redigi.
Hoc generatim dicere possum; Effatum esse
apud Canonum Consultos, Legatis a Late
re licere, quidquid seu a voce communi, seu
a peculiaribus Pontificis iussionibus eisdem
non denegatur. Hæc Pontificii Präsidis
moderatio cum summo omnium applau-
su excipiebatur, omnesque ad articulos
in proxima Sessione pertractandos ani-
mum applicare cœperunt.*

§. LVIII.

Quæstiones examinandæ a Legato propositæ.

Pallav. I. c.
c. II. n. 4.

Post hæc Legatus præprimis Patribus
hæc exposuit: *Optimum mihi fatu
videtur, ut Symbolo tanquam primo fidei
fundamento jamjam stabilito nunc primo
loco*